

*Nikolaus V. an Kaiser Friedrich III. Dessen Einverständnis vorausgesetzt, werde er NvK zusammen mit Enea Silvio Piccolomini als Legaten zu dem in Kürze zu Wien vorgesebenen Tag entsenden.*

*Kopie (15. Jb.): GÖTTWEIG, StB, Hs. 445 (390 rot) f. 174<sup>v</sup> (= G); MÜNCHEN, StB, Clm 70 f. 345<sup>v</sup>-346<sup>r</sup> (= M).*

*Druck: Wölkau, Briefwechsel III 1, 108f. Anm. zu Nr. 52.*

*Erw.: Voigt, Enea Silvio II 78 (mit Datum 22. Oktober nach Clm 70); Pastor, Geschichte I 41.*

*Er habe kürzlich dessen Brief erhalten, aus dem hervorgegangen sei, que secuta sunt super dissensionibus inter serenitatem tuam et Australes existentibus.<sup>1)</sup> Ohne Zweifel habe dieser alles mit großer Weisheit ins Werk gesetzt. Intelleximus, que scripsisti de legato nostro mittendo ad dietam illam statutam etc. Certissimum habeat sublimitas tua nobis esse molestum huic honesto desiderio tuo non posse ut vellemus satisfacere. Nam quasi impossibile foret, legatum aliquem ex hoc loco ad dietam ipsam in tempore proficisci, et propterea 5 nos excusatos habebit serenitas tua, si non mittimus ex hoc loco iuxta desiderium nostrum atque tuum, quia brevitatis temporis statute diete non patitur. Ubi vero tempus concederetur, unum et plures et omnia honorem et commodum tuum concernencia libentissime mitteremus nec laboribus parceretur nec impensis.*

Scribimus tamen ad dilectum filium nostrum cardinalem sancti Petri ad vincula et ad venerabilem 10 fratrem nostrum Eneam, episcopum Senensem, ut ad prefatam dietam, si serenitati tue placebit, se conferant et in ea nostra et apostolice sedis auctoritate omnia tractent, agant, ordinent et disponant, que celsitudini tue connoverint esse grata et paritura pacem, quietem ac tranquillitatem status tui et parcium illarum. Hii enim statuto tempore diete facile interesse poterunt et per hanc viam forsitan satis desiderio tuo factum erit, quo casu nobis, qui vellemus in cunctis serenitati tue complacere, singularissime gratum 15 erit. Mittimus litteras legacionis pro supradictis et simul et separatim<sup>2)</sup>, ut ambobus vel altero ipsorum uti possit tua serenitas, prout sibi placuerit, et scripsimus per cursorem proprium ad prefatum cardinalem, ut versus tuam serenitatem statim gressus suos dirigat facturos cum effectu, quantum ab eadem serenitate tua fuerit requisitus, quam optimus deus semper servet incolumen.

Datum Rome apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die 20. octobris 1452, pontificatus nostri 20 anno 6.

3 habeat: hanc G. 9 impensis: impense G. 12 disponant: disponent G. 13 quietem: quietam G.

<sup>1)</sup> Soweit bekannt nicht überliefert.

<sup>2)</sup> Vermutlich Nr. 2878 und Nr. 2885. Jedoch handelt es sich dabei nicht um dem stilus curiae entsprechende Legationsbullen.